



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. VII. De Ministro Ordinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

34. His tamen non obstantibus, quæ pensare nunc non vacat, recedendum non est à tam clara dispositione Tridentini ibi (nisi legitime constet Beneficium pacifice possidere) & ibi (patrimonium esse ab eis obtineri.) Adde, & responsiones Cardinalium apud prædictos Auctores, & præsertim apud Sâ expurgatum.

AN SINE BENEFICIO, SED CVM SOLO Patrimonio possit quis promoveri?

35. Tridentinum loco cit. sic disponit: Patrimonium, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum. Hac Tridentinum. Cum ergo illud iudicaverit hic significet boni viri arbitrium, hoc est voluntatem rationi congruam, contra Tridentinum faceret Episcopus, si solus Patrimonii titulo, ad hominem promovendum moveretur. Atque hinc refert Navarrus, apud Trullenc. de Ord. loc. c. se vidisse negatam euidam fuisse facultatem ascendendi ad Subdiaconatum ob defectum tituli Beneficii, licet si habuerit patrimonium trium millium fecerunt. Id, quod refert Trull. loc. cit. ait, hoc Decretum obligare sub mortali, citatque eundem Navarrum, & Villalobos.

36. Equidem duo expendenda Lectoribus do. Primò, nonne potuit esse causa rationalis prædictum hominem promovendi, quia vile, & honorificum est Ecclesie, hominem prædicationem ejus servitio addici, & consecrari?

Secundò, tantum rigorem exposcendi omnino Beneficium in ordinandis vix animadverto in Episcopis: vltusne subsecutus Decretum hoc fortasse mitigavit?

CAPUT VII.

De Ministro Ordinis.

§. I. Quoad Validitatem.

1. Certum est, ordinarium Ministrum Ordinibus conferendis esse Episcopum, ut habet Tridentinum, sess. 23. cap. 4.

2. Certum item est omnes Episcopos in hoc æquales esse, & validè quicunque Fideles Ordines ministrare. Nam Episcopus quicunque, etiam excommunicatus, etiam hereticus, etiam si Diaconatum, & alios inferiores Ordines non suscepisset, potest omnes Ordines, quovis à se non susceptos, alteri conferre, dummodo vere ipse sit Sacerdos, & Episcopus consecratus (non enim satis foret, esse electum, & confirmatum) siquidem Ordines confert, v.g. Diaconatum, non ex vi Diaconatus, quem habeat, sed ex vi Ordinis Episcopalis, quia Diaconatum, aliosque ipso inferiores essentialiter non supponit. Lege Vasquez, tom. 3. in 3. p. d. 243. n. 24. March. de Ordine tract. 1. part. 3. cap. 7. alioque, licet sit contrarius Sanchez in consil. 1. 7. cap. 1. dub. 14. aliique re- liti à Leand. de Ord. d. 4. q. 4.

3. Incertum ergo illud remanet, An alii Episcopo inferiores, id est Sacerdotes communes possint ex delegatione Summi Pontificis, Ordines validè conferre. Nam non Sacerdoti, etiam si sit Cardinalis, tantam potestatem delegari non posse, quia, nec exemplum, nec vlla ratio id persuadet, certum omnino est. Ita Sanch. Coninch. alii- que apud Leand. loc. cit. 16. & apud Averf. de Ord. q. 3. sess. 3. Vers. In hac re.

4. Respondeo, distinguendo Ordines in tres classes. Primò, in Sacerdotium. Secundò, in Diaconatum, & Subdiaconatum. Tertiò, in Minores, Tonsuramque primam.

5. Dico jam Primò, probabile ab aliquibus existimari, Sacerdoti posse à Pontifice delegari potestatem conferendi alteri Sacerdotium, sed improbable existimari ab

Pars 111.

aliis; quod posterius libentius recipio; cum enim hanc delegationem nunquam concesserit Pontifex, ab ipso Ecclesie initio, non est res tanti momenti, sic facile concedenda. Lege citatos.

6. Dico Secundò facilius posse concedi, delegabilem à Summo Pontifice esse Sacerdoti potestatem conferendi Diaconatum, & Subdiaconatum, quia non tam clare apparet hic valde gravis inconvenientia, immo fertur Innocentium Octavum à concessisse Abbatibus Cisterciensibus pro suis Monachis. Sed nihilominus id alii negant apud Leand. loco citato, question. 18. & quoad Innocentium dicunt, ipsum solum concessisse, ut dicti Abbates possint in suis Monasteriis ordinare suos non per se, sed per quemcumque Episcopum.

7. Dico Tertiò, Sacerdoti posse Summum Pontificem concedere facultatem conferendi primam tonsuram, Minoresque Ordines.

Addo concessam de facto eam esse quibusdam Abbatibus pro suis Regularibus. Legantur Diana, part. 4. tract. 4. resol. 147. & part. 5. tract. 13. resol. 93. & part. 7. tract. 11. resol. 42. Leander d. 4. de Ord. præsertim à quest. 9. usque ad 15. Marchinus tract. 1. part. 2. de Ordine, cap. 10. Loth. in res. Theol. tract. 7. q. 1. art. 3. aliique permulti ab ipsis adducti, qui de hac concessione, ejusque extensione, hinc, inde, disputant latè.

§. II. De Ministro Ordinis quoad licitum usum.

1. Quamvis multa requirantur in Episcopo, ut licite Ordines conferat, status v.g. gratia, non esse suspensum à Pontificalibus, &c. tamen, quia de his, & similibus, alibi dictum est, hic solum proprius locus est agendi, Quosnam Fideles possit licite Episcopus promoveri. At quia certum est, non posse nisi suos; cum ex Sacris Textibus, ut videre est in Trid. sess. 6. cap. 5. de Ref. & sess. 14. cap. 2. non liceat quempiam ordinari, nisi à proprio Episcopo; ideo hic solum superest quære- re, quibusnam nomine proprii Episcopi, intelligendus sit?

2. Respondeo, in aliis marginis intelligitur ille Episcopus, in cujus Diocesi habet quis fixum domicilium: at vero in materia Ordinationis aliquanto latius, ut vult Sanch. l. 3. matr. d. 23. n. 7. accipitur nomen proprii Episcopi. Bonifacius enim c. Cum nullus de temp. Ord. in 6. qui, nec expresse, nec tacite revocatus fuit à Tridentino, quicquid aliqui dicant, vel certe etiam si fuerit à Tridentino revocatus, revocatio tamen est abrogata ab ipso usu omnium Ecclesiarum, & Episcoporum, iuxta dicti Bonifacii dispositionem, quotidie operantium: Bonifacius, inquam, generaliter sic rem hanc disponit, ut velit neminem posse ordinari, etiam prima Tonsura, nisi ab Episcopo, qui proprie sit suus, vel ratione Originis, vel ratione Beneficii, vel ratione Domicilii.

3. Non deest tamen duplex exceptio. Prima habetur in Tridentino sess. 14. cap. 2. de Reform. Castropalaus d. vn. de Ordine, part. 15. num. 6. fine, in favorem Familiarum Episcoporum, ut scilicet Episcopus Diocesis possit ordinare suum non subditum, qui per triennium cum ipso fuerit commoratus, & cui statim Beneficium conferat. Dixi (Episcopus Diocesis) nam id originis negatur. Lege Trident. sess. 23. cap. 9. de Ref. Episcopo Titulari Diocesim non habenti. Ita Trid. sess. 14. cap. 2. de Ref. Castropal. d. vn. de Ordine, part. 15. num. 6. fine. Quod autem familiari huic, saltem intra decem dies, debeat Episcopus beneficium conferre. Quod hæc concessio extendatur etiam ad famulos talium familiarum. Quod triennium debeat esse continuatum. Quod numeretur, etiam si inceptum ante collationem Episcopatus. Quod servitium debeat fieri Episcopo præfenti, non autem distanti, sunt quæstiones, notatæ à Doctoribus apud Leandrum, de Ordine d. 8. à quest. 22. & apud March. tr. 1. de Ordine, p. 5. cap. 9. Castrop. de suspens. d. 4. §. 10. num. 4. Vers. Secundus est.

K 3

4. An

4. An huic non subdito, sed familiari possit Episcopus ex titulo familiaritatis dispensare in interdictis dicam infra c. 1. §. 2. n. 10. §. 11.

5. Secunda exceptio habetur in iure cap. 2. de Temp. Ordin. in 6. in quo conceditur, Clericos posse promoveri ad Ordines à vicinis Episcopis sine proprii Episcopi licentia, quando hic proprius notorie ordinavit alienos subditos sine licentia propriorum Episcoporum. Lege Suar. de Censur. d. 3. §. 1. n. 13. & Castrop. l. c. Vers. Sunt tamen, de his, & similibus.

Sed jam separatim illi Aremus illa tria alla à Bonifacio Octavo.

PROPRIUS EPISCOPVS RATIONE ORIGINIS.

6. Affero Primò, Antonium posse ordinari ab Episcopo v. g. Panormitano, si ipse natus sit in Panormitana Diocesi, & ejus parentes ibidem habuerit fixum domicilium eo tempore, quo Antonius natus est. Hæc est certissima assertio; hoc enim permaxime est, esse subditum ratione originis.

7. Idem est, si postquam Antonius in hac Diocesi est natus, tempore, quo ejus parentes in eadem degebant, postea iidem in aliam Diocesim se transtulerunt. Ratio est manifesta, quia translatio parentum, postea facta, non potest auferre jus civitatis acquisitum à filio.

8. Sed quid, si Antonius natus est in hac Diocesi, dum parentes ipsius hic domicilium non habebant, sed erant in transitu, causâ itineris v. g. vel alterius negotii: eritne Antonius existimandus hujus Diocesis?

9. Respondeo. Nonnulli, ut G. Hurt. de Ordin. differ. 17. Pyrr. Cor. l. 4. praxis disp. cap. 5. n. 32. Leand. de Ord. d. 8. quæst. 8. esse existimandum dicunt, & quidem probabiliter, sed probabilius id alii negant, ut Trull. l. 6. de Ord. cap. vn. dub. 7. num. 3. Sanch. Henr. Less. Filliuc. Laym. March. aliique apud Leand. loc. cit. Castrop. de Ord. disp. vn. p. 15. num. 2. Dicatill. de Ordin. disp. 1. d. 16. n. 225. quia ex una parte fornicata civitas non videtur sufficere ut per eam quis dicatur habere originem ab ea Civitate, ubi, sic per accidens, nascitur, & ex alia parte, in re, ubi descenditur à jure communi stricta est verborum interpretatio facienda. Sane Medulla Theol. de Ord. cap. 2. dub. 1. sine, citans Dianam, part. 3. tract. 2. resol. 15. & deinceps ubi multa de hoc argumento sic habet: *Studenti, qui in Universitate habitant, etiam ultra Decennium, animo redeundi in Patriam, non contrahunt ibi domicilium, atque adeo ab ejus loci Episcopo ordinari non possunt: imò, si ibi ducant uxorem, nec filii eorum: sicut enim is non dicitur Episcopus domicilii respectu Patrie, ita nec Episcopus originis respectu prolis, quæ nata fingitur in domicilio Patrie.* Hæc ibi.

10. Hoc tamen omnia licet probabilior hanc sententiam faciant, non tamen priorem à sua probabilitate desiciunt, nam in communi existimatione, communi quoque hominum usu, qui alicubi nascitur, illius loci sit civis. Vnde, quod mavis, tuto sequere.

11. Affero Secundò, cum Castrop. loc. c. n. 2. March. de Ordin. tom. 1. part. 5. cap. 6. Campan. in Divers. jurisdict. Rubr. 9. cap. 8. num. 4. aliique Leand. loc. cit. quæst. 9. Dian. part. 4. tract. 4. resol. 148. afferentibus declarat. Sac. Congreg. & Trull. multis id probantem de Ord. l. 6. c. vn. dub. 7. probabile esse, aliquem posse ordinari in Civitate originis paternæ, hoc est promoveri licite posse prædictum v. g. Antonium ab Episcopo Panormitano, si ejus pater natus, & fixus, ut volunt Quaranta, V. Ord. §. Quoad Tertium, Rodriq. Graff. Tusc. aliique apud Leand. loc. cit. commoratus sit in Panormitana Diocesi, tamen si ipse Antonius natus sit, & sit commoratus in Diocesi aliena; & assero item probabile esse non posse. Ratio prioris probabilitatis est; quia illud (ratione originis, seu esse oriundum, seu originarium) de quo loquitur Bonifacius, significare id debet, quod significatur in jure; L. Assumpti. ff. ad Municipalia L. libertas, C. de Mancipiis,

at in jure, per hæc vocabula, significatur, aliquem putari in civem illius Civitatis, in qua natus est, ergo, &c. Ratio probabilitatis potest etiam consistere in origo propria, non vero paternæ, sed oriundus, seu origo) significatur, aliquem significat vox (ortus, seu nativitas).

12. Ex prioris probabilitate inferri Martini non esse subreptitiam dispensationem, si quis ex se esse oriundum ex tali Civitate, cum tamen ipse sit alibi, sed pater ejus erat natus in Civitate illa, quæ domicilium habebat; sed de hac illatione dubito, præsertim in Dispensationibus matrimonialibus, quæ hodie, ut suo loco dicemus, dirigitur ex parte ad determinatum Ordinarium loci nativitatis fundi.

13. Doctores autem prædicti, qui affirmant, per patris sufficere, notant, se loqui de filii legitimi, illegitimi non sequuntur nativitatem patris, sed tamen hi non possunt ordinari ab Episcopo Civitatis originis patris, sed matris. Nam licet, ut advenit Caltrop. loc. c. p. 15. n. 2. Vers. Dixi matris, in hac materia, non spectetur origo matris, sed patris, quando filius est naturalis, cum pater solet esse cognitus, origo matris inspicitur. In expostione quando nescitur origo paternæ, vel maternæ, substat, locum expostionis, quod vitium docetur communiter, apud Merollam, loco mox citand. Gratian. loco mox cit. alioque.

14. Affero Tertio. Quamvis nonnulli, ut Leand. de Ord. quæst. 10. propter rationes modo dictas, extendant idem ad Avum, posse scilicet ordinari in Civitate in Diocesi, ubi ejus Avus natus est; tamen cum aliis, ut Trull. loc. cit. n. 4. & March. de tract. 1. p. 5. cap. 6. n. 2. dicente, omnes Doctores idem re non sufficere originem Avæ, nequaquam potest secus nimis extenderetur ejusmodi potestas ad expostionem Sacrorum Canonum, volentium cuiusque Episcopo suos fines præscribere.

15. Hic se offert dissolvenda quæstio, de quæ prioribus diebus disputatum Panormi fuit. Solent nonnulli ex civibus Montis Regalis suos infantes Panormum, non plus, quam quatuor circiter millibus, Monte Regali distantem, asportare, & ibi summo Baptismo suscipientes, veluti, hic Civitate, potiri deinceps Panormitanis Privilegiis potiri, & jure, ipsi videntur. Quoniam ergo diversæ hæc Dioceses, quidam ex his Panormi baptizatos, filios Montis Regalis, ex Montis Regalis patre, ibi natus postulat ab Archiepiscopo Panormitano, quæ quæ subditus, legitime voti compes habere potuit?

16. Ostendi ego iis, qui id solliciti sunt Leand. de Ordin. dub. 8. quæst. 7. citantem, cap. cum nullus in tempor. Ordin. in 6. Sanchez, de matrim. leg. 3. disp. 1. Philip. March. tract. 1. de Ord. part. 5. a cap. 5. G. Hurt. de Ord. diff. 17. Sayrum, Formæ Machab. & alios, præcedentem his verbis: *Quia in una Diocesi est natus, altera baptizatus, in tertia habet domicilium, in quarta Beneficium, optime potest à quolibet ex his Episcopis ordinari, vel ad litteras Dimissorias accipere.*

17. Verum, quamvis hunc Authorem ostendebat, nulli ratione esse approbandum.

I. Quia ratione solius Baptismi, non potest quidem originarius, seu habere originem, seu ortum in illa Civitate; propriam originem enim dat nativitas temporalis non spiritualis.

II. Quia nunquam legitimus hujusmodi prærogativam faciendi civem alicujus loci, soli ipsi Baptizati fuisse concessam.

III. Quia nemo daret legatum relictum civem naturalibus alicujus loci, si solum ibi quis fuisset baptizatus, nam si daret, vique veris naturalibus injunctum faceret.

IV. Quia recte sic ait Trullene. loc. cit. num. 3. Quod

Baptismus det originem, intelligerem, modo non constaret individuo de loco, ubi quis natus est.

V. Quia ex hoc dicto Trullenc. puto, illos, qui concedunt Baptismo effectum, originem dandi Fidelibus, solum velle, pro foro externo ex Baptismo probati, vel praesumi nativitatem, nam ceterum pro foro interno, & pro externo, quando constat, alibi fuisse nativitatem, procedere non potest illa doctrina, & certe omnis sana mentis homo id etiam sentiet in Privilegiis quoad temporalia, nisi expresse, vel ex æquitate quadam, quam mox dicam, id Baptismo concedatur à Principe, quamvis aliquid plus videatur concedere Gratianus citandus mox num. 24.

VI. Quia volui oculis meis recolere Cap. cum nullus citatur à Leandro, & Sanchez, Marchinum, Hurtadum, ab eodem pro ejus sententia item citatos, & ne verbum quidem de Baptismo. Vnde alios, quos ipse citat videre nolui, nam etiam si rem dicerent, non rectè dicerent.

VII. Quia bene distinguit Merolla r. 3. diff. 6. cap. 6. d. 5. diff. 5. num. 180. Id, quod forte Doctores, quando videntur diversimode loqui, conciliabit. Advertendum (inquit) gaudere prædictis Privilegiis, ut civem ortum, Infidelem baptizatum Neapoli, quia tunc Neapoli dicitur nasci. Idem decisum fuit pluries in eadem Regia Camera. Hoc autem limitant aliqui, nisi fuerit baptizatus Neapoli in fraudem, ut originalem consequeretur. Ita Stephanus Gratianus, tom. 1. discept. Foren. c. 75. à num. 16. Hæc Merolla. Vides, ex æquitate concedi Infideli hic baptizato, fieri hic civem, & idque fortasse, quia nescit non raro ejus origo, vel, si scitur, cum suam patriam reliquerit, in favorem fidei æquum est, ut ea, in qua baptizatur, civitate donetur. Vides item in casu, de quo nos agimus cum adfuit aperta fraus consequendi originem, locum ejusmodi æquitatem non habere?

18. Audiamus, & Gratianum. Per Baptismum (ait loc. cit.) quis efficitur Civis, & acquiritur origo, quam sibi habemus per nativitatem temporalem, tanquam magis propriam, ita per Baptismum, qui dicitur nativitas, & per tum homo denuo nascitur (c. Debitum de Bap.) sive loquatur quoad spiritualia, & beneficalia, sive temporalia. Intelligendū, cessante fraude; nam si quis in aliquo loco baptizatur per aliquem, ut acquireret originem illius loci, reputabitur nihilominus pro extraneo, nec diceretur civis, in præjudicium aliorum. Ita in specie conclusit Gonzales ad Reg. prima Cancel. glossa 9. §. 1. n. 108. juncto n. 113. Hæc Gratianus. At in casu nostro, & fraus est, & præjudicium foret Archiepiscopo Montis Regalensis, si prædicto, de quo loquimur, Ordines concederet Archiepiscopus Panormitanus. Sed hæc contra meam consuetudinem nimis fortasse pluribus.

PROPRIVS EPISCOPVS RATIONE Beneficij.

19. Affero, quemlibet ordinari licitè posse ab Episcopo, in cujus Diocesi habet is Beneficium Ecclesiasticum, nam per Beneficium fit ei Episcopo subditus.

20. Inquires. Quid Primo, si Beneficium sit simplex, nec residentiam requirat?

Quid Secundo, si quis habeat ibi pensionem?

Quid Tertio, si quis habeat duo Beneficia, alterum in una, alterum in altera Diocesi?

Quid Quarto, si Beneficium sit admodum tenue?

Respondeo ad Primum, affirmativè ut March. de Ordin. r. 1. p. 5. cap. 8. num. 3. Barbof. de pœf. Episcop. allegat. 4. num. 46. quia Bonifacius VI II. non requirit residentiam.

Ad secundum, negative quia idem Bonifacius Beneficium requirit, Penfio autem Beneficium non est.

Ad Tertium, dicam mox num. 34.

Ad Quartum affirmative, ut Piafec. in praxi p. 1. c. 1. n. 10. Ric. in praxi ref. 260. Squill. de oblig. Cler. p. 2. n. 26. Castrop. de Ordin. d. 2. n. 15. num. 5. aio enim sufficere ad constituendum te subditum Episcopo, si in ejus

Diocesi possideas Beneficium quamvis tenuissimum, quia Bonifacius non requirit, nisi Beneficium. ac perfectio Beneficium tenuissimum Beneficium est. Ne tamen obliviscaris, ut actu Ordines Sacros suscipias, te debere id supplere de Patrimonio, quod necessarium erit ad honestam sustentationem tuam.

21. Non me latet, Barbofam l. c. Matant. p. 2. ref. 29. num. 78. aliosque requirere, ut Beneficium saltem afferat octo, vel quatuor scuta singulis annis, & aliquos ut Barb. de iure Eccl. l. 1. c. 3. n. 4. & Squill. de Priv. Cler. c. 14. n. 34. requirere, ne ad sit frays, qualis esset, si fundares Beneficium tenue in aliena Diocesi, ut illius deinde compos, ibidem initieris, id enim (aiunt) fieret in præjudicium alienæ jurisdictionis. Non me, inquam, hæc latent, sed ego sequor aios hæc non requirentes: Nam quoad primum, jam dixi etiam tenue Beneficium esse: quoad secundum verò, non est fraudulentus is, ut vult Leand. cum aliis d. 8. de Ord. q. 19. Bard. in secl. l. 3. q. 3. n. 7. Dian. p. 11. r. 4. ref. 1. qui vitur eo stratagemate, quod nullo jure prohibetur. Non sic in casu de Baptismo de quo modo dixi num. 24. Nam Baptismus non nisi improprie, & ex æquitate dat nativitatem, Beneficium vero tenue, cum verè, & propriè sit Beneficium sit, dat esse propriè Beneficiarium illius Diocesis, in qua est Beneficium.

22. Illud prorsus non potui annis hisce superioribus approbare. Quidam ex iis Theologis, qui solum Scholasticam profitentur, parum (ut animadvertere potui) in Morali, & Canonibus Sacris versatos, contendebat, posse à Laico extraneo fundari in aliena Diocesi Beneficium, quod eidem statim conferretur, nam sic redditus ratione Beneficii subditus, poterit (aciebat Theologus) in illa Diocesi promoveri.

23. Dixi, ejusmodi doctrinam procedere ex modica Jurium notitia. Jura omnia clamant, ut nullus sit capax beneficii Ecclesiastici, nisi habeat Tonfuram, ut supra, nos etiam docuimus. Si ergo Laicus de quo est sermo adhuc, postfundatum Beneficium, est Laicus qua ratione poterit ipsi validè conferri illud, vel quodcunque aliud Beneficium? Nullo modo: & consequenter qua ratione subditus est redditus in illa aliena Diocesi ratione beneficii, quod Beneficium cum nulliter habeat, nullum habet? Hanc solidam doctrinam potius me docuit prædictus discursus (sincere loquor, non mentior) sed deinde inveni subobscure indicatam à Thoma Sanchez in consil. l. 7. d. 23. num. 23. & Averfa de Ord. q. 3. sect. 6. V. Secundus modus sine, post hæc scripta, id confirmabis ex dictis in simili à Tancr. p. 2. quæst. Moral. folio mibi 357.

PROPRIVS EPISCOPVS RATIONE Domicilij.

24. Affero Primo, quemlibet posse ordinari ab Episcopo, in cujus Diocesi habet actu fixum domicilium, hoc est habet ibi habitationem actualem cum animo ibidem perpetuo manendi. Quod si soletet quis perpetuo æstare in una Diocesi, hyeme in alia, quasi æqualiter, habitare, sanè is diceretur habere duplex fixum domicilium, & ab utroque Episcopo posset promoveri, ut notat rectè Marchinus de Ord. r. 1. p. 5. cap. 7. n. 13. Vide Tancred. l. c.

25. Dictum est (perpetuo) nam duplex domicilium distinguunt Doctores I Aliud, in quo quis actu habitat, & in eodem habitare perpetuo intendit. Aliud, in quo majore solum parte anni intendit habitare: illud appellatur verum domicilium, hoc, quasi domicilium. Qua distinctione præ oculis habita, docemus, licet pro receptione aliorum Sacramentorum, sufficiat quasi domicilium, vel, pro aliquibus Sacramentis necessariis, quælibet habitatio, at pro receptione Ordinum, qui requirunt maximum delectum, & personæ cognitionem, docemus, inquam, requiri verum, & fixum domicilium. Quare, qui multos annos, etiam decem, etiam

viginti, etiam centum propositi alibi commorari, si expresse, val tacite habuerint redendi in patriam, cum sic non dicatur habere ibi fixum domicilium, non poterit, in censentia ab illius loci Episcopo promoveri.

25. Quoad forum autem externum, puta, ut ab Episcopo tu alibi natus admittaris ad Ordines, tanquam in ejus Diocesi domicilium habens, debes testibus probationibus, & conjecturis animam tuam ibi perpetuo manendi probare. De quibus probationibus lege Menochium, de arbitr. l. 2. casu 86. Castropalaum de Ord. d. vii. p. 15. num. 3. & breviter alios citantem Bonacinum de Ordin. disput. 8. quest. vii. part. 4. a num. 11.

26. Affero Secundo, te habentem hic domicilium, & alibi v. g. Neapoli Beneficium, posse vnum ordinem ab hoc Episcopo; Ita Ricc. in praxi de Ord. dec. 304. & 305. Pyr. Contr. in praxi disp. lib. 4. cap. 5. num. 32. Avers. de Ord. q. 3. sect. 6. Versu Tertius modus, Maran. l. c. p. 4. resp. 4. contra nonnullos. Alterum à Neapolitano, vel omnes, ubi magis tibi placet ab vltro recipere, quia semper recipis à proprio Episcopo.

27. Idem ergo erit, si habeas duo Beneficia in duabus Diocesis, quia jam ratione illorum, duobus es Episcopis legitimè subditus.

28. Affero Tertio, non esse improbabile, Barones, teste March. tr. 1. p. 5. c. 7. num. 15. & 16. alios citans, ut etiam Senatores; qui sunt perpetui Officiales Principis, eorumque filios in suis Villis, Oppidis, Civitatibus posse recipere Ordines ab Episcopis talium locorum, quamvis ibi nati non sint. Ratio est, quia ratione domini, vel dicti officii, quod ibi habent, computantur non quidem, ut cives; id enim negat Textus, L. Civ. C. de incolis l. 10. sed, ut partes illius populi, ubi ea officia perpetuo exercent, atque adeo computantur inter habentes ibi domicilium; lege L. Senatores eod. tit. de incolis.

CAPUT VIII.

De Litteris Dimissorias, & Commendatitiis.

§. I. Quando, & quomodo dantur.

1. Statuitur à Tridentino sess. 23. de Ref. c. 3. juxta c. 1. de Temp. Ordin. in 6. ut si proprius Episcopus sit ager, seu aliàs impeditus (nam aliud, si sit ager solum ponitur à Tridentino exempli gratia ex Barbofa in l. c. Trid. n. 2.) possit dare licentiam, ut ordinandus promoveatur ab alieno Episcopo, sive indeterminatè à quocunque, sive ab hoc, vel illo determinatè.

2. Hæc licentia dari quidem potest oretenus, quia Concilium requirit dumtaxat consensum proprii Episcopi, sed solet ad majorem, facilioremque fidem faciendam expediri per litteras patentes, quæ vocantur Dimissorias, quia subditum dimitunt ad alienum Episcopum; appellantur etiam Reverende, ob reverentiam illis debitam.

3. Præter memoratam licentiam, debet ordinandus habere à proprio Episcopo suorum morum approbationem, quæ datur consuevit interdum in ipsismet Dimissoriis, interdum separatim. Quando autem sunt separatæ, vocantur litteræ Commendatitiæ vel Testimentiales, quia in his Episcopus suum subditum commendat alieno, deque ejus probis moribus testificatur.

4. Ultramontani id est, qui nati sunt ultra Montes Alpium, quales sunt Hispani, Lusitani, Galli, Germani, &c. ut item, qui nati sunt extra Italiam, si velint ad quemcumque Ordinem, etiam Minorem, etiam primam Tonsuram intra Italiam promoveri, debent sub pœna suspensionis, aliisque pœnis infligendis à Decreto Urb. VIII. Sac. 1624. 11. Dec. quod per extensum assert Marchin. de Ord. tr. 1. p. 5. c. 11. n. 14. non solum ostendere Dimissorias,

ut dictum est, à suis propriis Episcopis sibi concessas, sed easdem insuper recognitas, probatas, & confirmatas à Nuntiis, seu Collectoribus Apostolicis commensibus in loco, unde ordinandi discesserunt, & deinde recognitas à Vicario Generali Urbis Romæ.

5. Si sustineas Siciliam in favorabilibus rebus comprehenditur, quia in hac probabili sententia ego lib. 3. mei Conf. c. 7. §. 4. n. 16. in ed. Rom. dicitur, est natus extra Italiam.

6. Denique hanc constitutionem non affertur, quia nulla fit in illa Regulatum mentio, sed decilum Florentiæ tener Marchinus l. c. num. 17. quod hos habentes Dimissorias à suis Prelatis, à quocunque Episcopo italo ordinari posse concludit.

§. II. Quis prædictas litteras concedere?

EPISCOPVS, ET SIMILES ECCLESIASTICI Jurisdictionem habentes in subditis.

1. Dimissorias concedit proprius Episcopus, sive Abbas, vel prior, quia habent quasi Episcopalem jurisdictionem ab Episcopo territorium. Item Vicarius generalis, si ab Episcopo ad id habeat speciale mandatum, vel si Episcopus agat in remotis: id quod tenet ait Sanchez in cons. lib. 7. cap. 1. d. 20. num. 4. quod Episcopus invenitur extra provinciam in parva de motis per duas dietas, licet Barbofa de pœn. l. 3. p. 3. alleg. §. 4. n. 48. Vide p. 2. all. 7. n. 9. sentit tunc Episcopus dici in remotis agere, quando est ultra Montem tellige etiam, quando est ultra mare sufficit etiam quod hujusmodi remotio sit inconveneris ordinem. Sed nimis indistinctè loquitur Barbofa: dicitur à strictius, quando hujusmodi remotio præcedat hunc existimatione notabiliter esset ordinanda in modum Putabis enim remote agere Archiepiscopus Neapolitanum si forte invenitur Regii in Calabria, bene sine facto à Sicilia distantis?

2. Commendatitiis, sive Testimentiales litteras potest iure non posse dari, nisi ab Episcopo domicilii, sive est, quia mores, qui in his litteris sunt approbandi, solum illi solent esse noti, non aliis.

CAPITVLVM SEDE VACANTE

3. Tridentinum sess. 7. can. 10. de Reform. Sic dicitur Non liceat Capitulis, Sede vacante, infra annum à vacationis Ordinarii, licentiam, aut litteras Dimissorias seu Reverendas, ut vocant, aliter, qui Beneficium sufficiens recipi, sive recipiendi occasione articulum transire concedere &c.

Nota Primo posse Capitulum, intra dictum annum concedere Dimissorias pro prima Tonsura, quia hoc non est Ordo. Ita docet Quintanad. de Ord. sing. 4. tenens declarationem Cardinalium.

4. Nota Secundò, illud (à die vacationis) significat quancumque vacationem, sive ex Episcopi morte (quod vocatur infra annum lapsus) sive ex translatione, sive ex renuntiatione, &c.

5. Nota Tertio, illud (qui actus fuerit) est in exceptio, quia conceditur Capitulo, ut possit dare Dimissorias, etiam intra annum, obligatis ad suscipiendos Ordines.

6. Petes, Si Tonsuratus aliquis, vel quilibet novus Sacerdos Beneficium simplex habeat cum liberate satisfaciendi per alium Missus ex Beneficio debitas, poteritne Capitulum Sede vacante Dimissorias hunc concedere? Ita Quintanad. de Ord. sing. 4.

7. Respondeo quamvis iis, qui præsentant ad Capellaniam, aut Beneficium, licet tempus ipsius non veniat, possit ut vult Pyr. Contrad. in praxi disp. l. geat. possit ut vult Pyr. Contrad. in praxi disp. l. geat. b. 5. cap. 4. num. 12. & 13. dictum Capitulum concedere Dimissorias.